



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

72. Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO LXXII.

Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| 1. Arresta exorbitant à iure, proinde sunt prohibita. | coram ordinario. |
| 2. Sunt obliqua citationes quæ resolvuntur per comparationem. | 4. Per satisfactionem iudicio sisti non progatur iudicium. |
| 3. Bona exemptorum arrestari non possunt | 5. Per iudicium ex necessitate susceptum non oritur litis pendentia. |

- 1 Arresta hodierna recedunt à communi iure, proinde regulariter prohibita sunt, nisi iure speciali privilegio, aut consuetudine permitta appareant *Molin. ad consuet. Parisien. tit. 2. §. 52. n. 2.*
- 2 Ea nihil aliud sunt, quam obliquæ citationes, & in jus tractiones, quæ ideo relaxantur per comparationem illius cuius bona sunt arrestata, resolvuntur quæ in simplicem citationem, data cautione de stando, seu sistendo se juri *l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Everard. cons. 102. VVames. cap. meminimus 9. num. 2. & 3. de appell. Unde, cum exemptiones hodiernæ, personas exemptorum & eorum bona respiciant, quippe quod bona personæ quodammodo cohæreant, sit ut eodem privilegio quo personæ frui debeant, atque exemptione gaudere *cap. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2. glo. c. fin. de vita & honest. Cler. Rebuff. ad consuet. reg. de literis obligatorijs art. 2. glo. 1. nu. 106. Gaill. li. 2. obs. 124. num. 17.**
- 4 Itaque per satisfactionem exemptorum arrestatorum relaxantur arresta bonorum manente adversus eisdem solo effectu citationis, quæ ratione exemptionis nullius est roboris & effectus, tum quod per satisfactionem iudicio sisti non auferatur facultas privilegij declinandi iudicem *d. l. fideiussor in fine pr. ff. qui satisdat. cogant latè Peckius de iure sistendi cap. 15. per tot. & cap. 35. nu. 2. Caroctus sing. 173.* Tum quod is qui iudicio se sistit & comparat, privilegium suum allegare possit *l. si quis ex aliena ff. de iudicij Caccialuppus tract. de debitore suspecto q. 15. n. 2. & 3.*
- 5 Non enim inducitur litis pendentia (inquit Sangerus) propter iudicium ex necessitate [ut est arrestum aut captiva] susceptum *Sang. tract. de exceptionib. cap. 12. de exceptione litis pendentia n. 8. Peck. d. ca. 35. n. 2. & cap. 36. nu. 3. & 4. Cavalc. decis. 1. nu. 18. & decis. 13. n. 4. par. 1.*
- Tum quod arrestatus ius habeat revocandi domum *VVames. d. num. 2. & 3. per l. hæres absens §. ult. ff. de iudicij,*